

LX

simul cum eis ad eterna beatitudinis gaudia pueniret: **N**one tu deus produces nos ad regnum tuum (qui) in sicut videt (repulisti nos) pmittendo nos tribulari (et non egredieris deus in virtutibus nostris) contra eos qui dicunt nobis ubi est deus eorum: sicut olim fecisti patribus quibus ostendisti potentiam tuam: quibus te auxiliante gentes cesserunt: et magna strage facta: terram pmissionis obtinuerunt.

Et quod deduces. **A**uxiliare gratia nobis deus tu de tribulationibus nos eripe: tuo nos medicamine sana: quod (vana salus hominis) salutes prestare in homine non potest indignus salutis: ideoque sperare in homine non debet quod pro prijs viribus probatur infirmus. Et quod vana salus hominis populo fidelium dicit. **I**n deo faciemus salutem non enim cum diabolo aut vitis gladio certandum est: sed illis virtutibus quibus christus ipse pugnavit: ut superbiaz humilitate vincamus: et diuitias paupertate superemus: et ipse cui nullus resistere potest pro nobis pugnas (deducet in nihil inimicos nostros) delendo de libro vite ubi sibi septe videbatur elati.

Psalmus LX. In quo monet ad laudem dei.

Glorie ecclesie petentis ut eius exaudiat oratio dicit.

Exaudi domine (sup remotione malorum) (intende orationi mee) sup impetratione eterne vite. Intende dico quod clamavi ad te ab universo oratione

terre) et super in anxietate cordis mei ut a te soler: verum et si quod diu sum in hac peregrinatione (anxietur cor meum) temptationibus non tamen pro tua clementia vincor: quod (in christo) quod est petra firma (exaltasti me) in qua omnis edificatus est christianus.

Non solum exaltasti sed exaltatum et in fide firmatum. **D**eduxisti per te viam ad te veritatem et vitam: et hoc (quod factus es spes mea) in omni angustia mea (et turris) defessio (fortissima) et inexpugnabile presidium (a facie diaboli) et sociorum eius que famulos suos invicta protectione custodit. Tu es spes mea turris fortitudinis: et ideo tutissimum. **I**nhabitabo in tabernaculo tuo) quod in eo contra huius mundi pericula (alarum) scilicet misericordie et potentie tue que aliis compantur (munimine protegatur) non ad breve tempus: sed (quod usque secula vite istius) divina administratione (pagant). **I**deo dico firmiter: protegar in velamento alarum tuarum. **Q**uonia scio quod tu deus exaudisti orationem meam) et vere exaudisti: quod (dedisti et dabis) futuri seculi (regnum in hereditate perpetua) timentibus nomen tuum) sine distinctione personarum: hereditate dico que non morte relinquit: sed que cum largitore suo perpetuo munere possidet: que sic venit ad filios ut a testatore minime deserat: hec hereditas non habet finem sed cum semel suscepta fuerit nunquam a nobis permutatione discedit. **U**nde sequitur. **P**ropheta de eternitate hereditatis christi et pro consequens in istorum coheredum eius ait: **D**eus pater. **S**uper dies